



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Papa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

Absolui potest illa, de qua confessor nequit intelligere, vtrum peccarit mortaliter an venialiter, quamuis non possit ei persuadere quod à tali ornatu desistat: cautius tamen aget consulendo peritos. num. 25.

## P A C T V M.

P A C T V M legis commissoriae positum in poenam, sine fraude vsurarum, licitum est idem si ponatur, vt elapso die perdendi pignus, esset venditum iusto pretio. cap. 17. num. 217.

## P A P A.

P A P A quo puncto est iste electus, habet confirmationem à Deo immediatè, & habet eandem plenitudinè potestatis, quam post coronationem. cap. 27. num. 147.

Papa sumit immediatè iurisdictionem à Christo super vniuersos Christianos. cap. 27. num. 13. & 263. §. Præfatus.

Papa non habet iurisdictionem super se, neque super successorem suum: neque dat iurisdictionem suo confessario. addit. Nou. cap. 27. num. 263. §. 4.

Papa



Papa nulli homini, neque legi humane subiicitur quoad pœnam: unde non potest excommunicari. Nam neque propter hæresim (si in eam incideret) incidit in excommunicationem humanam: sed in aliam diuinam. cap. 27. num. 13.

Papa potest multa iura iure naturali & diuino competentia ex iusta causa restringere, limitare, declarare; neque ob id dicuntur tolli tale ius. addit. in Nou. cap. 27. n. 263.

Imò etiam potest restringere ius Episcoporum, quod de reseruandis sibi casibus habent, & dare facultatem aliis sacerdotibus, ut ab eis absoluant. ibidem.

Potest facere, ut parochiani non teneantur confiteri proprio parochiano, sed quod cuiuslibet Sacerdoti approbato etiam religioso confitentes non teneantur reiterare confessionem, etiam si sine licentia parochi confiteantur, sed quòd intelligantur cum tali Confessione rite facta satisfacere præcepto Ecclesiæ: & contrarium dicere sapit hæresim Ioannis Poliaci olim damnati. additum in Nou. cap. 27. num. 263.

Papæ statuenti aliquid in detrimentum beneficiorum patrimonialium Castellæ, obediendum est, & dicere contrarium sapit hæresim Anglicanam. ibid.

Nemo neque Imperator potest spiritua-



PAPA. PAROCHVS 621.

lia, aut beneficia Ecclesiastica, etiam iuris patronatus, & quæ alia cuiuscumque qualitatis sint, & conditionis constituere, erigere, destruere, aut tollere, neque in totum, neque in partem etiam minimam, nisi solus Papa, aut ex eius commissione. addit. Nou. cap. 27. num. 13.

PARAPHERNUM; vide Bona.

PAROCHVS.

PAROCHVS Episcopo absente potest dispensare in ieiunio, cap. 21. num. 21.

Sustentandus est à Dominis terrarum (in quibus degunt discedentes à Sarracenis) capientibus redditus Ecclesiasticos. c. 25. n. 27.

Debet prædicare, & tenetur de iure diuino. cap. 25. num. 12. 1. & debet id facere saltem diebus Dominicis, & festis solemnioribus. num. 185. Habet enim facultatem conuocandi, & illam potest dare, quoad suam parochiam alteri noto, & approbato. n. 141.

Parochus non potest excommunicare. Et peccat mort. negans Sacramenta petenti, aut non dans licentiam confitendi alteri. nu. 131.

Tenetur confessionem, & communionem ministrare agroto, etiam peste laboranti.